



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Henr. Harphii Theologi Ervditiss. Ordinis
Minorvm, Ac Rervm Divinarvm Contemplatoris eximij.
Theologiæ Mysticæ Libri Tres**

Henricus <Herpius>

Coloniæ, 1611

De tertio gradu patientiæ, qui perfectorum est, ducens ad fruitionem
pacis: & qualiter illam consequi poterimus. Cap. LXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37362

Virtus vbi
probetur.

Tobia 12.

Matth. 5.

uersitatem, & contumeliam, patienter sustinere potest *persecutionem propter iustitiam*. Porro virtus hominis boni, quæ nobilissima est, & in perpetuum durare debet, primò probatur in contumelijs, iniurijs, & aduersitatibus, si constans sit, & fideliter perseueret, vt patet in Tobia, cui dixit Angelus: *Quia acceptus eras Deo, necesse erat vt sentatio probaret te*. Secundò probatur, vt capax fiat maioris gratiæ, sicut obsecrum virtutum tergitur, vt capax fiat luminis amplioris. Tertio probatur, vt agilior, & promptior fiat ad opera iustitiæ, & exercitia virtutum, quia in statu consolationis sola quies mentis, & studium deuotionis ei videtur sufficere ad summam perfectionem: quæ propterea subtrahitur, vt etiam in alijs virtutum studijs exercere se discat.

De tertio gradu patientiæ, qui perfectorum est, & ducens ad fruitionem pacis: & qualiter illam consequi poterimus. Cap. LXXIX.

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filios. Tertium dehinc gradum patientiæ prosequamur, qui perfectorum est, & in charitate perfecta consummatur, qua Domini crucem ardentè amplectimur, vt cum B. Andrea dicere valeamus: Amator tuus semper fui, & desiderauit te amplecti. ò bona crux. Et tunc consequimur pacis fructum, de quo dictum est superius. Vnde sicut pax contra diabolum obtinenda est per prudentiam, ac maxime per orationum instantiam; & pax contra carnem est conquirenda per abstinentiam; pax quoq; quæ ad mundum est, conseruanda est per patientiam: sic pax, quæ ad Deum est, adipiscenda est per omnimodam obedientiam. Hinc pax, prout est fructus, status est animi purgatissimi, qui totaliter per affectum mentis Deo coniungitur, & nihil extra ipsum quarit, sed in ipso quietatur, & pacificatur. Hinc talis non immerito propter plenam assimilationem, Dei filius vocari meretur. Proprium eaim est ipsius Dei seipso frui, & in seipso quietari. Sic etiam huiusmodi Deo fruitur in omnibus intima charitate, tam in aduersis, quam prosperis: nimirum cum in eo seruator amoris refrigerium quarat, etiam in tormentis. De tali namq; dicit Hugo: Quid tranquillitati diuinæ tam proximū est, quam ad illatas contumelias non moueri, nullo supplicio nullave persecutione terreri, vnam mentis in prosperis, & in aduersis habere constantiam, inimicum & amicū vno cordis oculo intueri, ad eius se similitudinem conformare, qui *silem suum oritur facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos*? Hæc simul omnia in charitate, & non nisi in charitate simul omnia, ac proinde

inde in illa vera tranquillitas, & suauitas: quia ipsa est *ingum* Domini Matth. 11.
suauis, & omnis leue. ad diligendum amicos in Deum, & cum amore sup-
portandum inimicos propter Deum. Vides quia per hanc regnum men-
tis penitus pacatur, & *princeps huius mundi foras* mittitur, qui peruersis Ioan. 12.
& inordinatis mentibus dominatur? Nam hac pace mens confirmata
intrinsecus, persecutiones quascunque, vel aduersitates hostis eiectus
conciatuerit forinsecus, auget gloriam quæ secundum Deum est, non
aliquid in illo ædificio labefactans, sed innotescere faciens quanta fir-
mitas à Deo sit incus extructa. Veruntamen, secundum Bernardum,
pauci replentur illo spiritu, quo contumeliam gloriæ reputant, oppro-
brium gaudium, despectionem exaltationem, penurias affluentias,
& iniurias amicitias, vt cum Apostolo dicere valeant: *Complaceo mi-*
hi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in angustijs, in persecutionibus pro 2. Cor. 12.
Christo: Et iterum: *Repletus sum consolatione, super abundo gaudio in om-* 2. Cor. 7.
ni tribulatione nostra. Felix & ille, qui fiducialiter dicebat: *Imprope-* Psal. 68.
rium expectauit cor meum, & miseriam. Vides quia quod imperfecta
patientia refugit, perfecta tanto desiderio requirit: Talis enim felici-
sima discit experientia, quàm proflua dulcedo vini & olei, scilicet
tam internæ iucunditatis, quàm feruentissimæ charitatis, ex hoc pa-
tientia prælo sedulo profusus effluit, mentem feliciter inebrians, &
corpus ad illatas etiam quascunque pœnas insensibile reddens, vt ve-
raciter dicere valeat: *Verberauerunt me, & non dolui, traxerunt me, &* Prouer. 23.
non sensi. Talium enim est non solum pœnes vincere, sed eas peni-
tus ignorare, & irrogantes quasi vororum suorum fideles coadiuto-
res viscerosè diligere. Sed ad hanc omnimodam pacis fruitionem in-
uita nemo pertinere potest, nisi prius in torcularibus perfecta patien-
tiæ pressus fuerit, quod ostendit ille Psalmus, qui sic incipit: *Quam* Psal. 23.
dilectata tabernacula tua Domine virtutum, qui nihil triste habet, sed om-
nia lata præfert, & inscribitur, *Pro torcularibus.* Sed quia secundum
Glossam, nihil ibidem dicitur de visibilibus torcularibus, alia con-
stat esse torcularia spiritualia, quæ nos hic intelligere voluit. Spiritus
Dei, vt quid agatur in his torcularibus recordemur, & videamus quæ
admodum agatur in Ecclesia. Vna namque pendens in vite, & oliua
in arbore, fruuntur aëris libertate, nec ante pressurâ torculariū fit illa
vinū, nec ista oleum. Sic illi, quos Deus ante secula *prestitit fieri confor-* Rom. 8.
mes imaginis filij sui, priusquam accedant ad seruitutem Dei, delitiosa
libertate fruuntur in hoc seculo: Sed postquam accesserint, dicitur eis:

Eccl. 2. *Fili accedens ad seruitutem Dei, sit in iustitia, & timore, & preparat animam tuam ad tentationem.* Ecce torcular, in quo exuuntur vinacea hominis veteris, vt sic velut mustum dulcissimum in apothecam Dei defluant. *Concepisset, inquit, & defecit anima mea, tendens in atria Domini, sicut vva pressa defecit, & defluit in vinum.* Vnde sequitur: *Carum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Nam qui fideliter ad conformandum se passioni Dominice, non solum aduersa quaeque patienter, sed etiam affectanter adepta complectitur: necdum autem habitata velut diu desiderata dulcius inuitat, & viscerosius expectat, hic in aduersis exultare & gratias agere, ac inimicos iniuriantes, & odientes diligere nouit, sciens quod, secundum Bernardum, melius est odio haberi propter Deum. Cum enim amamur propter Deum, debitores ei sumus: cum autem habemur odio propter Deum, nobis eum reddimus debitorem. Vides ex his, quod vera patientia perfectum opus habet. Quia nimirum, secundum Gregorium, nulla deicit aduersitas, quom nulla corrumpit prosperitas. Qui enim veritati firmiter inhaeret, vanitati nullo modo succumbit: quia dum forti pede cogitationis intus intentionem fixerit, omne quod foris mutabiliter agitur, ad arcem mentis minimè pertingit. Hinc nemo quatum profecerit, nisi inter aduersa cognoscit, eo quod vnusquisque superni doni gratiam in tranquillitate quietis percipit, sed quantum perceperit, in aduersitate perturbationis ostendit. Nam electi dum aduersitate deprimuntur, proficiunt, sicut ignis flatu premitur vt crescat, & vnde quasi extingui cernitur, inde roboratur. Supereminet tamen illa patientia, quae proximis exprobrantibus, iniuriantibus, & persequentibus, exhibetur, vbi bonum redditur pro malo, dilectio pro odio, & benedictio pro maledicto. Ad quem gradum patientiae citius consequendum, consulit Gregorius, dicens: Tunc illata conuitia bene toleramus, cum in secreto metis ad mala perpetrata recurrimus. Leue quippe videbitur quod iniuria percitumur, dum in accusatione propria conspiciamus, quia peius est quod meremur. Sicq; fit, vt contumelijs gratia magis quam ira debeatur, quarum interuentu Deo iudice poena grauior declinari posse confiditur. Sic Dauid a filio deiectus a regno, recoluit pristina peccata, quibus hoc meruit: nec cumulatam a seruo maledicente sensit iniuriam, quia praesens gratiam: nec prohiberi voluit Semei maledicum conuitiantem, quatum altimans maledictum. Licet enim vox maledicentis erant in auribus, inclinabat se tamen ad benedictionem, intendens quid in oc-

Reg. 15.

3. Reg. 16.

10.

in occulto ageret Deus. Hæc igitur aduertentes, grates agēda sunt debitoribus nostris. Fijiat enim nobis (si sapiamus) causa indulgentiæ maximæ, vt pauca exhibentes, plura recipiamus. Insuper diuina clementia nobis quodammodo potestatem tribuit, qua temperare possumus sententiã iudicis, exemplo nostræ remissionis ipsum atctantes, cum dicimus. *Dimite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*: ita quod securi huius orationis fiducia de commissis veniã postulamus. Hinc ait Cyrillus: Vult enim (vt ita loquar) patientiã, quã homines colunt, imitatorein fieri Dominum, vt qualem ipsi exhibuerunt conseruis bonitatem, talem pari lance recipere petãt à Deo, qui iult recompenfat, & nouit omnium misereri. Deniq; Christus, vt ait Ambrosius, ab Apostolo suo tradi voluit, vt à socio suo desertus, tu à socio tuo, & à seruo traditus & confusus, patienter ferastuum errasse iudicium, & tuum perijisse beneficium.

Matth. 6.

Matth. 26.

De triplici iustitia, scilicet generali, legali, & particulari: & quod iustitia præcædit inter virtutes morales. Cap. LXXX.

Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Cantic. secundo. Ostende, inquit, mihi faciem tuam, id est, conuersationẽ tuam, per quam cognosceris sicut homo per faciẽ cognoscitur, Eccles. 19. sicut ait Ecclesiasticus: *Ab occursum faciei cognoscitur sensatus*. Hæc autẽ conuersatio maximẽ relucet in ipsã iustitia, quæ triplex distingui potest, & in qualibet singulariter relucet humana conuersatio, sicut qualibet earum est quædã animæ pulchritudo, qua pulcherrimi efficiuntur etiam hi, qui corpore sunt deformes. Veruntamen plena est tunc iustitia, cum est plena sanitas. Tunc autem est plena sanitas, quando plena est charitas. Tunc verò plena charitas erit, quando videbimus eum quem diligimus, sicut est indutus iustitia.

Prima igitur dicitur iustitia generalis, qua quis generaliter declinat à malo tam corde quã ore & opere, & generaliter amplectitur omne bonum. Et hæc iustitia, virtutum splendor est maximus, ex qua boni viri iusti nominantur, de qua dicit Philosophus 5. Ethicorũ: Iustitia est virtus, secundum quam aliquis vult & operatur rectẽ. Omnes enim virtutum species vno iustitiæ nomine continentur, vt dicit Hieronymus. Secunda verò dicitur iustitia legalis, quæ est omnis virtus, prout actus eius ordinatur ad proximum, per quam scilicet homo concordat legi ordinanti omnes actus virtutum in bonum commune. De

Iustitia generalis.

Iustitia legalis.

Lz qua